

Cicero berichtet über die Ausplünderung der Stadt Syrakus durch den Statthalter Verres

Unius etiam urbis, omnium pulcherrimae atque ornatissimae, Syracusarum<sup>1</sup>, direptionem<sup>2</sup> commemorabo et in medium proferam, iudices, ut aliquando totam huius generis orationem concludam atque definiam. Nemo fere vestrum est, quin, quem ad modum captae sint a M. Marcello<sup>3</sup> Syracusae, saepe audierit, nonnumquam etiam in annalibus legerit. Conferte hanc pacem cum illo bello, huius<sup>4</sup> praetoris adventum cum illius imperatoris victoria, huius<sup>4</sup> cohortem<sup>5</sup> impuram cum illius exercitu invicto, huius<sup>4</sup> libidines cum illius continentia: ab illo, qui cepit, conditas, ab hoc<sup>6</sup>, qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas. Ac iam illa omitto, quae disperse<sup>7</sup> a me multis in locis dicentur ac dicta sunt: forum Syracusanorum, quod introitu<sup>8</sup> Marcelli purum a caede servatum est, id<sup>9</sup> adventu Verris<sup>10</sup> Siculorum<sup>11</sup> innocentium sanguine redundasse<sup>12</sup>...

Zusatzfrage:

Nennen Sie mindestens zwei von Cicero verwendete rhetorische Mittel.

Viel Erfolg!



---

#### Übersetzungshilfen:

<sup>1</sup> Syracusae –arum: Syrakus

<sup>2</sup> direptio: Plünderung

<sup>3</sup> M. Marcellus: römischer Feldherr, der im 2. Punischen Krieg Sizilien eroberte

<sup>4</sup> huius: (hier) = istius

<sup>5</sup> cohors: (hier) = Gefolge, Anhang

<sup>6</sup> hoc: (hier) = isto

<sup>7</sup> dispersus: verstreut

<sup>8</sup> introitus: Betreten, Ankunft

<sup>9</sup> id: = forum

<sup>10</sup> Verres -is: s. Einleitung

<sup>11</sup> Siculi: Sizilianer

<sup>12</sup> redundare: überfließen